

sub pena quarti, que omnia debita si soluere recusarent prout dictum est, rectores 25
nostri exigere teneantur capitale et pene in quibus incucurrissent a principalibus
et a plezarijs debent eos intromittere tam realiter quam personaliter et taliter
quod commune nostrum melius perueniat ad finem solutionis debiti memorati,
habentes tertium pene, et commune duas partes de quibus eis non ualeat fieri
gratia nisi per sex consiliarios, III capita de XL et III partes consilij Rogatorum. 30

8

Θεσπίσμα δι' οὗ δωροῦνται αἱ ἐπιβληθεῖσαι ποιναί, ἕνεκα μὴ ἐγκαίρου πληρωμῆς δανείων. 1344,
Μαρτίου 22.

F^o 8^r N^o 44. Millesimo trecentesimo XLIII, die XXII Martij. 1

Capta. Cum ser Zanachi Donno teneatur nostro communi in yperperis
XXXVI pro pena in quam incurrerit habito responsu ad eius debitam condicionem
consulunt sapientes quod a dicta pena libere absoluator.

N^o 45. Capta. Cum ser Georgio Kalergi et omnibus alijs suprascriptis fiat 5
magna gratia, in absoluendo eos a pena in quam incurrerent communi nostro et
quod per terminos soluere debeant prout superius contra et non esset conue-
niens quod commune nostrum causa eius faciendi gratiam damnum aliquod pati
posset. Quare cum de imprestitu quod sibi factum fuit, dare debebant bonam-
plezariam quod creditur quod per nostros rectores sic fuerit obseruatum, unde 10
habito responsu, ad tempus quod est excursus, et ad tempus quod potest excu-
rere, secundum quod eis fit gratia scilicet quod per terminos soluere debeant
prout supradictum est. Et condicio plezarie et principalis de leui possent pliorase
uel deinceps possent peiorare taliter quod commune nostrum non esset securum
eius capitale et prodis, immo ad euitandum quod commune multum damnum 15
pati possit consulunt sapientes excepto ser Nicolao Faletro quod rector studeat
suo posse renouare et reasummere alias plezarias cum illis quas habent ad pre-
sens, quas si dare non poterunt, rector teneatur transferre ultra cum primis quam
melius potest ut hoc haberi possit cum quam pautiori honore eorum quam potest
causa deueniendi melius in illo communis exigendo per terminos ab eis, prout 20
dictum est.

9

Γνωματεύσεις διαφόρων Γερουσιαστῶν ἐπὶ τῶν προηγουμένων θεσπισμάτων περὶ εἰσπράξεως τῶν
ὀφειλομένων. 1344, Μαρτίου 22.

F^o 8^r N^o 46. Millesimo trecentesimo XLIII, die XXII Martij. 1

Capta. Ser Nicolaus Faletro uult totum ut supra saluo ubi dicit quod rector
studeat suo posse alias plezarias, quas si dare non poterunt rector teneatur trans-